



Ge. 308<sub>2</sub>







CHRONICON  
VETUS RERUM  
MOGUNTIACARUM,

CONRADI INCERTÆ SEDIS  
EPISCOPI, AB ANNO SALUTIS  
M. C. XLII. USQUE AD ANNUM  
M. CC. LI. PERDUCTUM.


JAM OLIM QUIDEM BASILÆ, DEINDE  
FRANGOFURTI CUM ALIIS OPERIBUS  
HISTORICIS IN LUCEM EDITUM.

POSTMODUM SEORSUM ANNO M. D. C.  
XXX. EXCUSUM, NOTISQUE ET AD-  
DITIONIBUS HISTORICIS VARIIS ILLU-  
STRATUM ET AUCTUM

A

GEORGIO HELWICH,  
MOGUNTINO METROPOLITANÆ  
ECCLESIE IBIDEM VICARIO.

Nunc vero denuò recensum & ab interitu  
vindictum.



MOGUNTIAE,

*Venalis exeat apud*


JOHANNEM DODT,

*Bibliopeg.*

---

ANNO M. DCC. XVI.

CHRONICON  
VITUS RERUM  
MORUM ET ACTUM  
CONRADI IN TERRA SEBIS  
ET IN PARTIBUS ADIUTIS  
M. C. LXX. AD ANNUM  
M. C. LXXX. AD ANNUM  
M. C. LXXXI. AD ANNUM  
M. C. LXXXII. AD ANNUM  
M. C. LXXXIII. AD ANNUM  
M. C. LXXXIV. AD ANNUM  
M. C. LXXXV. AD ANNUM  
M. C. LXXXVI. AD ANNUM  
M. C. LXXXVII. AD ANNUM  
M. C. LXXXVIII. AD ANNUM  
M. C. LXXXIX. AD ANNUM  
M. C. LXXXX. AD ANNUM  
M. C. LXXXXI. AD ANNUM  
M. C. LXXXXII. AD ANNUM  
M. C. LXXXXIII. AD ANNUM  
M. C. LXXXXIV. AD ANNUM  
M. C. LXXXXV. AD ANNUM  
M. C. LXXXXVI. AD ANNUM  
M. C. LXXXXVII. AD ANNUM  
M. C. LXXXXVIII. AD ANNUM  
M. C. LXXXXIX. AD ANNUM  
M. C. LXXXXX. AD ANNUM

  
R  
A  
N  
D.  
stet  
pol  
Cuj  
nec  
posi  
nic  
Con  
20  
1116  
-22  
C  
1117  
1118





REVERENDO  
ADMODUM AC PRÆ-  
NOBILI DOMINO,

*D. Ioanni Christophoro Neuv-  
stetter dicto Sturmer, Metro-  
politana Ecclesia Moguntina  
Custodi, Bambergensis majoris  
nec non S. Stephani ibidem Pra-  
posito, ac Herbipolensis Cano-  
nico; sacraque Caesar. Majest.  
Consiliario dignissimo, &c.*

*Domino ac mæcenati suo  
gratioso.*

**Q**uemadmodum sum-  
mè semper extollendi  
sunt, Admodum Reve-  
) ( 2 rende,

*Epistola*

rende, Prænobilis ac Gratiose  
Domine, qui rerum gestarum  
series & tractatus hominum,  
ne futurorum temporum eos  
malitia infringat, aut oblivio-  
nis cæca caligine obumbren-  
tur ac penitus deleantur, litera-  
rum monumentis & scriptu-  
rarum munimine posteritatis  
memoriæ commendant: Ita  
quoque ii laudem non postre-  
mam merentur, qui Annales ac  
historiarum libros ab aliis  
quondam collectos atque con-  
scriptos, ac in Bibliothecarum  
latebris latitantes ac sepultos  
tineisque & blattis expositos  
studiose eruunt, & quodam  
vindiciarum jure in lucem re-  
vocant, atque in usum omnium  
depromunt: aut depromptos  
jam



*Dedicatoria.*

jam ante, comptiore veluti  
ornatu vestiunt & expoliunt.  
Unde & inter omnes alias fe-  
licitates, quæ Reipublicæ li-  
terariæ nostris temporibus ob-  
venire possunt, non minima  
ea ducenda putatur, quod tam  
multi quotidie existunt, qui  
veterum monumentis sacris  
juxta & profanis in lucem ex-  
trahendis, & ab oblivione ho-  
minum vindicandis omnem  
diligentiam ac operam inde-  
fessam navant, ea ex omnibus  
Bibliothecarum angulis colli-  
gunt, collecta in ordinem re-  
digunt, digerunt, ac illustant,  
nulli molestiæ, nulli impensæ  
parcentes. Horum ego exem-  
plum imitari volens, cum in in-  
dagandis & perscrutandis no-  
non ):( 3 stræ

*Epistola*

stræ urbis Moguntinæ antiquitatibus ac hiltoriis, in quibus jam multis annis defudavi, in vetus quoddam Chronicon Moguntinense, cujus Auctor Conradus incertæ cujusdam sedis Episcopus prædicatur, incidissem, in quo thesaurus, qui olim in Moguntina nostra Ecclesia in vestimentis sacris reliquoque ornatu: in Calicibus item, candelabris, thuribulis, crucibus, totaque suppellectile sacra maximus & inæstimabilis fuit, exactè enumeratur & describitur: Itemque quomodo ille idem postmodum temporum injuria ac hominum malitia, per varios bellorum turbines, aliorumque exterorum invasiones: nec  
non

*Dedicatoria.*

non alias calamitates ac fortuna-  
næ iniquitates diversimodè dis-  
sipatus atque distractus fuerit :  
una cum succincta ac compen-  
diosa rerum per annos centum  
& decem , ab anno scilicet  
1142. usque ad annum 1251.  
circa Moguntinam Urbem &  
Ecclesiam ejusque Præsules :  
nec non Romanos Imperato-  
res gestarum historia recense-  
tur : infinitum illum ac precio-  
sissimum quondam Ecclesiæ  
thesaurum atque ornatum  
summè admiratus ; simulque  
historiis illis , quarum auctor  
meminit, incitatus, summo pe-  
rè illo ipso chronico recreatus  
fui. Quod licet jam olim anno  
1537. primum Basileæ in lu-  
cem emissum : itemque supe-  
riori

*Epistola*

rioni feculo anno 1585. Fran-  
cofurti studio & opera præ-  
clarissimi ac doctissimi viri  
Christiani Urstisi, antiquita-  
rum perscrutatoris indefessi,  
in quinto Germaniæ scripto-  
rum tomo in folio typis We-  
cheliani editum fuerit: tamen  
cum succinctum nimis, ac so-  
lummodo per compendium  
conscriptum id ipsum animad-  
verterem, plurimaque quæ il-  
lis ipsis temporibus in Mogun-  
tina Ecclesia circa Præsules e-  
jusdem ac Romanos Imperato-  
res notatu dignissima accide-  
runt, desiderari viderem: id ip-  
sum additionibus historicis  
augere ac Notis illustrare, for-  
maque commodiori, quo faci-  
lius ejus usus foret ( quando-  
qui-

*Dedicatoria.*

quidem non omnibus totum illum Germaniæ scriptorum totum, in quo illud ipsum continetur comparandi vel occasio, vel etiam facultas conceditur) seorsum emittere, ac omnium usui dare cogitavi. De quo meo labore quid quisque iudicaturus sit, nescio: laudabunt docti ac prudentes: stolidi & inertes historiarumque osiores vituperabunt. Tam varia enim sunt palata mortalium, inquit Thomas Morus de sua Utopia ad Petrum Ægidium, tam morosa quorundam ingenia: tam ingrati animi: tam absurda iudicia: ut cum iis haud paulò feliciter agi videatur: qui iucundi atque hilares genio indulgent: quam qui se-

): ( 5            nes



*Epistola*

nes macerant curis, ut edant aliquid quod aliis fastidientibus, aut ingratis, vel utilitati possit esse, vel voluptati. Plurimi literas nesciunt; multi contemnant. Barbarus ut durum rejicit quicquid non est planè barbarum. Scioli aspernantur, ut triviale, quicquid obsoletis verbis non scatet. Quibusdam sola placent vetera: plerisque tantum sua. Hic tametricus est ut non admittat jocos: hic tam infusus, ut non ferat sales, &c. Ego v. susque deque habeo, quia his temporibus, his hominum moribus sic est in usu.

*Majores majora sonent: mihi parva locuta*

*Sufficit, in laudem cedere cuncta Dei.*

Tibi autem, admodum Reverende, Prænobilis ac Gratiose

*Dedicatoria.*

tiōse Domine, hanc oppellam  
studiumque hoc meum offerre  
& dedicare visum fuit : tum  
quia hisce studiis summoperè  
delectaris, ac delitiæ tuæ sunt  
semper in historiarum lectione  
versari : tum maximè, quia er-  
ga amplissimam dominatio-  
nem tuam sincera mea obser-  
vantia & reverentia debita exi-  
git, & ratio ipsa postulat, ut  
gratioso tuo in me jam dudum  
cumulato favori in via gratitu-  
dinis occurrendi occasione tali  
oblata, non nihil gratiarum re-  
ferrem, ne beneficiorum mihi  
gratiosè præstitorum, si diutius  
tacerem, penitus oblitus vide-  
rer. Quocirca hoc ipsum grati  
ac submissi animi testandi cau-  
sa, candidæque mentis affectio-  
ne

*Epistola*

ne tibi nuncupatum, inscri-  
ptum, ac dedicatum benignè  
ac serena fronte suscipe: & si  
bonum judicabitur, meæ vo-  
luntatis studium: sin non per-  
inde aptum fuerit, obsequium  
tamen approba. Quod si ita,  
ut spero, evenerit, voluptati  
summæ mihi futurus erit susce-  
ptus labor, simulque ad majora  
peragenda ingenii mei exigui-  
tas, & ad historias ulterius inda-  
gandas studium excitabitur.

Quod reliquum est: Deus  
ter Opt. Max. Gratosam Do-  
minationem tuam diu incolu-  
mem conservet: rerumque o-  
mnium successum exoptatum  
largiatur; & ad majorem am-  
plitudinem evehat, obnixè de-  
precor & exopto. Moguntia  
ipfis



*Dedicatoria.*

ipsis Calendis Septembr. Anno  
Virginici partus M. DC. XXX.

*Reverende ac Gratiose*


*Dominationis tue*

*humilis ac devotus  
cliens*

*Georgius Helvich Metro-*  
*politana Ecclesia Mogunt.*

*Vicarius.*

Ad



Ad Reverendum & eruditum  
D. Georgium Helvvich , Me-  
tropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ Vi-  
carium, Dominum Patronum ac Patri-  
num suum omni observantia  
colendum.

*Georgius Hainbuch Moguntinus, Huma-  
nitatis Studiosus.*

**E**Ruis è tenebris thesaurum mire stu-  
pendum:

Quem non celabit fufius ille liber.  
Non Rex, non Princeps, potuit nec  
Cræfus habere

Thesaurum, qualem continet ille  
liber.

Sed quondam tenuit Moganorum Ec-  
clesia talem:

Qualem vix possum concelebrare  
fatis.

Ast modo thesauri vestigia nulla vi-  
dentur:

Nil quicquam superest; evanuerunt  
simul.

Eloquar,

Eloquar, an fileam? sunt hæc tua  
scripta colenda;

Thesaurus periit, sed tua scripta  
manent.

Thesaurus periit, labor hic præstan-  
tior illo est;

Durat in æternum sic labor ille  
tuus.

Hic labor ille tuus thesauro clarior  
ardet:

Qui neu vi hostili, neu igne perire  
potest.

In nomen Autoris Anagram-  
ma D. Friderici Weberi Idsteinii.

*Georgius Helvovichius verso H. in F.  
transcribitur*

Hæc Vivus Flos gregi.

ἐκ θεοῦ.

**E**N hæc Moganidum Flos Vivus floret  
in hortis;

Flos notus Charitum Thespiadumque  
gregi.

Flos, Veterum Horoum producens semina  
Viva,

Dum florere facit stemmata prisca  
Patrum.

Dum

*Dum facit Historias majorum Vivere &  
implet*

*Laudis odore sua, solis utramque do-  
mum.*

*Donec Mœnus amœnus erit Rhenusque se-  
renus,*

*Heis Flos, huic, vireat vivus odore,  
gregi.*


In Zoilum.

**C**ur frons nigra tibi est calamus  
quod paucula scripsit?

Non centuram auctor iussit adesse  
tuam.

Hoc si displiceat, rogo fac meliora,  
tuisque.

Offerto Momis, Zoile linque mea.



ARGU-



ARGUMENTUM  
HUIUS OPERIS.

**P**Ræsens hoc vetus rerum  
Moguntiacarum Chroni-  
con Conradi, incertæ sedis Epi-  
scopi, qui anno 1190. tempori-  
bus Friderici I. Barbarossæ cla-  
ruit, è vetusto codice Mogun-  
tiæ quondam transcriptum, e-  
iusdem Ecclesiæ brevem &  
concisam historiam centum ac  
decem annorum, ab anno vide-  
licet Christi 1140. usque ad an-  
num 1251. complectitur: In  
quo autor primum enumerat  
in quantas Ecclesia Mogun-  
tina, cum adhuc in pace fu-  
erat constituta, opes ac divitias

A anti-



2 *Argumentum huius operis.*

antiquitus excreverit ; thesaurum illius & Ecclesiasticæ suppellectilis, hoc est, instrumentorum vestiumque Sacerdotium, cultum & pretium recensendo. Deinde exponit quomodo subsequenter temporibus, post Henrici, illius Ecclesiæ Archiepiscopi, insidiosam submotionem, & Arnoldi suffectionem, ejusdemque cædem, ipsa Ecclesia simul & Civitas Moguntina opibus attrita, & insigni clade affecta fuerit, ipsâ urbe perduelli & seditiosâ Frederico Imperatori gravissimas poenas dante, ob præfulis sui Arnoldi prædicti cædem, civium tumultu patratam. Præterea quem illius Ecclesiæ res, subsequenter Cæsaribus,

laribus, usque ad Fridericum secundum cursum tenuerint, & quam varias eadem Metropolitana sedes iniquioris fortunæ jacturas perpeffa sit, in diuturnis & perniciosis schismatibus, partim inter illius Ecclesiæ proceres, partim inter summos Pontifices, & Fridericum II. Imper. temporibus invicem succedentibus obortis, breviter ac per compendium demonstrat. In hocce autem opusculo, Epitome fit historica subscriptorum Archiepiscoporum Moguntinensium, qui se invicem per annos 110. secuti fuerunt.

Henrici felicitis, *qui electus fuit An.*  
*no Domini,* 1142

Arnoldi de Selehofen. 1153

Rudolfi D. Zæringensis, *repudiati.*

1160.

A 2

Con-

4 *Argumentum hujus operis.*

Conradi C. Palatini à Witelspach, <i>sede puls, postmodum restituti.</i>	1160.
Christiani C. de Buche.	1164.
Sifridi B. de Epstein, <i>senioris.</i>	1200.
Sifridi B. de Epstein, <i>junioris.</i>	1225.
Christiani.	1249.
Gerhardi C. Sylvestris.	1251.



Chroni-






CHRONICON MO-  
guntinum vetus Conradi  
Episcopi.

PROOEMIUM AUTORIS.

**V**enerabili Patri, Domino Theo-  
dorico Abbati, & Fratribus C.  
Ludovico Priori, Joanni Rudol-  
pho Sacerdotibus, Conradus Pres-  
byter, Episcopali nomine indignus, gaudia  
electis. *DE* ante mundi exordia preparata.  
Solent plerumq<sup>3</sup>, res olim gesta, si scriptis  
non fuerint commendata, sic oblivionis  
conculcari pede, ut nulla de ipsis à poste-  
ris memoria habeatur: cum tamen ea-  
rum notitia posset fortè fore aliis causa  
cautela, & instrumentum evadendi peri-  
cula vel vitandi. Quod si non sic sit,  
saltem legentibus & audientibus tadrum  
tollitur, dum ea qua transferunt, eis  
quasi quadam recentia renascuntur: Un-  
de sit, ut ex hoc in admirationem ducan-  
tur vel stuporem, vel certè ad passionis

6 Procemium Autoris.

*gemitum provocentur. Scripturus itaque  
vobis jacturam & oppressionem, quã an-  
nis jam centum cœpit ruere Ecclesia Ma-  
guntinensis, ipsius invocò gratiam, cu-  
jus ea, quæ sustinuit, & adhuc sustinere non  
desit mala, judicio est oppressa. Igitur  
ut ejus miserabilior calamitas, quam pa-  
ritur, & flebilior elucescat, prius qui-  
bus honoribus claruit, quibus divitiis &  
ornatibus referta fuerit, succin-  
tè & breviter disse-  
remus.*



INCL.



INCIPIT AUTOR MO-  
GUNTINENSIS ECCLESIAE

*ornatum ac thesaurum, quem olim  
habebat, describere.*

**E**Rant ibi purpurarum pre-  
ciosarum tantæ copix, ut die-  
bus festivis totum monasteri-  
um, cum sit tamen longum &  
latum, intrinsecus tegeretur, & ta-  
men adhuc superfuerunt. Erant ta-  
petia & \* dorsalia mirâ picturæ varie-  
tate distincta, quæ operis subtilitate &  
pulchritudine animos intuentium ad-  
miratione dellectabant. Præter ista e-  
rant & alia, quæ super pavementum  
templi, & scama, & coram altaribus  
sternebantur.

Purpuræ  
ac tapetia.

\* Rück-  
tücher.

Erant pallæ altarium, auro intextæ  
preciosæ. Inter quas tres erant præci-  
pux, quarum una æstimabatur, posse

Pallæ al-  
tarium,

§ *Chronicon Moguntinum vetus*

Pallarum valere marcas C. alia Lx. atque alia  
precium. non minoris, vel parum minoris pote-  
rant æstimari.

Casulæ ac Erat in Casulis, Dalmaticis, subtili-  
Cappæ. bus, & Cappis sericeis & purpureis, au-  
ro & gemmis intextis, preciosus & co-  
piosus thesaurus: Inter quæ sex Cappæ  
præcipuæ erant, quarum una æstimata

Cappæ u- est ad Lx. marcas: (sic enim & obligari  
pius valor. poterat) alia quinque minoris erant æ-  
stimationis: ex iis duas ego vidi, qua-  
rum una vetustate fuit sic consumpta  
& attrita, quòd alicui usui non valebat:  
data ergo est igni, & reddebat tres mar-  
cas auri cum dimidia. Alia quæ adhuc  
recentior videbatur, vendita est cum  
una palla altaris. Quid pro iis acceptum  
fuerit, vel quò devenerit venditum &

Casulæ di- acceptum, penitus ignoratur. Inter Ca-  
verforum sulas autem de quolibet colore duo  
colorum. paria: duæ nigræ aurifrigiatae, & ejus-  
dem operis duæ Dalmaticæ, & duo sub-  
tilia, latis aurifrigiis ornata: & hæc om-  
nia valdè bona. Item duæ Casulæ de  
Samitto albo, & ejusdem filii Dalmati-  
cæ duæ: subtilia duo cum auro ornata,  
omnia valdè bona. Item duæ Casulæ

de

derubeo Samitto, & tot Dalmaticæ, & subtilia aurifrigiata, valdè bona. Item duæ casulæ de viridi Samitto, & tot Dalmaticæ, & subtilia aurifrigiata valdè bona. Item duæ casulæ de croceo Samitto, tot Dalmaticæ, & subtilia valdè bona. Una inter cæteras erat Casula ante paucos dies violacea, latjs & magnis aurifrigiis, longa & \* larga aureis lunis & sideribus insertis: quæ tantèrat ponderis propter aurum, ut plicari non posset, & in ipsa vix aliquis poterat, nisi valdè robustus, divina mysteria celebrare. Vestiebantur tamen illâ Pontifices & Prælati, festis præcipuis cantaturi. Sed post Evangelium cantato offertorio, factis oblationibus, illam deponentes, flexibiliorè fumentes, in illa divina perfecerunt.

Casula magna & gravis.

Item multæ tunicæ diversorum colorum, videlicet rubei, viridis & violacei coloris, virgulatæ, crocei, albi, quibus utebantur ministri altarium, & acolyti, & chrismatism \* portatores.

Tunica ministro-rum altarium.

In albis, cingulis, humeralibus, stolis & cæteris ornamentis, potius credenda copiosa diversitas, quàm scribenda.

\* Portico-res. Alia ornamenta.

10 *Chronicon Moguntinum vetus*

Insulæ &  
chirothe-  
cæ.

Erant Insulæ vel thiaræ XVIII. au-  
riferigiatae, chirothecæ valde bonæ.

Annuli.

XVI. annuli pontificales boni &  
magni, de Robino unus, & impositis  
aliis gemmis minutis: de Smaragdo u-  
nus: de Saphiro unus: de Topazio u-  
nus.

Baculi  
pastorales.

Baculi pastores duo vestiti ar-  
gento.

Caligæ &  
sandalia.

Caligæ octo, & tot sandalia. Hæc  
de vestimentis.

Thesaurus  
Eccl.  
Mogunt.  
Pertica  
argentea,  
\* Fortè  
Paschate  
volebat  
dicere.

Nunc de ornatu & thesauro Ecclē-  
siæ, & primo de pertica audiatis. Erat  
pertica argentea concava deaurata,  
quæ tantum præcipuis festis, ut in \* Pas-  
sione, Pentecoste, in Dedicacione Ec-  
clesiæ, in festo patroni gloriosi Confes-  
soris beati MARTINI, in Nativitate  
Salvatoris, ante altare dependebat: in  
qua vascula suspendebantur quædam  
eburnea, quædam argentea, formarum  
diversarum, omnia reliquiis plena. In  
horum omnium medio fulgebat Sma-  
ragdus suspensus catenis aureis dua-  
bus, habens quantitatem & spissitudi-  
nem dimidii peponis magni, & per o-  
mnia similitudinem habens peponis,  
& ipse

Vascula  
reliquiis  
plenæ.

Smarag-  
dus ma-  
gnus.

& ipse concavus : huic solebat aqua infundi cum duobus vel tribus pisciculis parvis : & deposito desuper operculo, cum movebantur pisciculi, simplices & vetulæ lapidem vivere affirmabant.

Erant thuribula X. argentea deaurata, & unum aureum, habens auri marcas tres, & acerræ XI. inter quas una erat de lapide integro onychino concavo, habens similitudinem vermis horribilis, id est, ut bufonis : concavitas ejus patebat in dorso, ubi & circulus argenteus cum literis græcis ambiebat. In fronte hujus acerræ, quia caput habebat simile vermi monstruoso, erat lapis Topazius valdè preciosus, magnitudinem habens dimidii vitelli ovi : in oculis ejusdem acerræ duo robini, quos Carbunculos vocant. Adhuc eadem acerra habetur \* hîc, sed gemmæ non.

Item erant duæ grues argenteæ concavæ, quæ solebant poni juxta altare hinc & hinc, & dorso patebant, & impositis carbonibus & thure vel thymiamate boni odoris fumum per guttura

Thuribula  
& acerræ.

\* Scilicet  
quo tempore  
auctor vivebat.

Grues  
quibus  
thurificabant.

tura & rostra emittebant. Erant autem grues tantæ magnitudinis cujus vivæ.

Libri Evangeliorum, &c.

Erant libri, qui pro ornatu super altare ponebantur, ut Evangeliorum, Epistolæ sive lectionarii, benedictionales, collectarii quidam vestiti ebore sculpto, alii argento, alii auro & gemmis.

Pelves & urcei.

Erant pelves quatuor argenteæ, & urcei diversarum formarum, (quos manilia vocant, eò quòd aqua sacerdotum manibus funderetur ex eis) argentei: quædam habentes formam leonum, quædam draconum, avium & gryphonum, vel aliorum animalium quorumcunque.

Candelabra.

Erant candelabra magna duo, quæ juxta altare ponebantur, argentea, & alia minora, quæ super altare ponebantur, quibus rotæ supponebantur latæ, propter stillicidia candelarum, quot fuerunt, nescio.

Coronæ.

Erat corona magna pendens in choro ad similitudinem ejus, quæ adhuc pendet ad Sanctum Albanum, (scilicet quo tempore auctor vivebat,) & una



in medio templi, atque alia tres minores ante altare Sancti MARTINI, omnes ex argento diligentius fabricata.

Erant Cruces argenteae portatiles, Cruces portatiles.  
mirae pulchritudinis, quarum duae in Palmis, duae in Paschate, duae in hebdomada Paschae, duae in Rogationibus, duae in die Assensionis Domini ferebantur. X. per totum erant.

Erat & una crux tantae longitudinis, ut totum brachium magni viri, in qua erant Sanctorum reliquiae multae & magnae: In medio vero continebat de ligno Dominicae crucis ad quantitatem digiti, longitudinem vero palmae virilis; vestita erat haec crux auro purissimo, & gemmis preciosis & multis. Erat & alia crux lignea auro optimo vestita, in qua imago erat aurea Domini crucifixi, quae imago cuiuslibet communis hominis magnitudinem excedebat, concava, sed multum spissa, cuius venter plenus erat reliquiis & gemmis preciosissimis. Dicebatur autem nec Romanum Imperium \* meliores habere. Haec crux poterat Cruces aliae. \* melio-rem. dissolvi membratim in juncturis, primo in talo,

ralo, in genibus, in femore, in humeris, in cubitu, in manibus, in collo, ubi corpori inhærebat: cætera pars corporis, dorsum scilicet & venter, pariter cohærebant: & hoc ideo, ut commodius & securius posset in arca sibi ad hoc deputata specialiter reservari. Hæc crux rarò exponebatur, nisi fortè præsentem Rege, vel alio magno principe, & in festis Paschæ, vel Natalis Domini, & Pontifice hoc iubente. Cùm autem hoc fieri oportebat, tunc in loco valde eminenti in templo super trabem, ubi nulli alieno patebat accessus, à ministris fidelibus locabatur. In hujus imaginis capite loco oculorum erant duæ gemmæ, quas carbunculos vocant, tantæ magnitudinis, ut duo vitelli ovorum, qui in tenebris coruscabant. Huic cruce inscriptus erat versus iste:

*Crux Ben-  
na miræ  
magnitu-  
dinis, ac  
valoris  
ingentis.*

*Auri sexcentas habet hæc Crux aurea  
libras.*

Et nota, quòd una libra habet duas marcas auri. Sic ergo erant mille & ducentæ marcæ auri probatissimi. Nec silendum arbitror, quòd pro speciali hu-

\* Feingott jus auri \* examinatissimo valore, crux ipsa

ipsa proptio nomine censebatur: Vocabatur enim **BENNA**.

De indumentis quotidianis, crucibus, calicibus, ampullis, attinentibus & thuribulis, mentionem facere propter multitudinem non bene possum. Sed quia de calicibus dicimus, subit memoriae, quod fueram jam oblitus.

Erant calices **XII.** argentei omnes Calices & patenz, de aurati, ejusdem ponderis cum patenis scilicet de tribus marcis, dempto calice, qui pertinebat ad majus altare, & is ceteros dimidia marca præcellabat. Cuilibet calici erant ampullæ Ampullæ argenteæ, & pyxis argentea ad hostias deputata. Præter hos calices erant tres aurei: In uno horum poterat celebrari, qui etiam suas habuit ampullas & pyxidem ad hostias ex auro purissimo & margaritis, & peram ad corporalia filis aureis insertis, miri operis & decoris. Habebant etiam calices alii suas peras ad corporalia ex purpura & aurifrigiis adornatas.

Erant fistulæ quinque ad communicandum argenteæ deauratæ. Erant Fistulæ, Colæ. **Colæ**

læ argenteæ novem, per quas vinum poterat colari, si necesse fuisset, præter eam, quæ attinebat calici aureo, & hæc aurea erat. Hoc aureo calici solus Pontifex, vel Prælati Ecclesiæ majoris in summis festivitibus utebatur. Alii duo calices tantæ erant quantitatis, quòd cum ipsis divina mysteria nequaquam poterant celebrari: Erat tamen unus major altero. Minor habebat cum patena marcas auri electissimi **XVIII.** in cujus pede per circuitum preciosi erant lapides valdè, in patenæ circuitu limbus ejusdem operis ambiebat, & ipse quidem gemmis preciosis non carebat. Calix major quot marcas auri habuerit, nescio: certum autem est, quòd spissitudo ejus erat digiti, & per totum, tam in pede, quàm supra, gemmis erat preciosissimis adornatus. Habebat etiam idem calix duas ansas, quæ poterant manus replere levantis, sicut solent habere lapides mortarii, in quibus piperata & salsa præparantur. Hujus patena talis erat latitudinis & spissitudinis, quòd ipsi calici congruebat, & ipsa gemmis per circuitum

Calices  
duo auri  
miræ magnitudi-  
nis.

cuitum decorata; hic calix habebat altitudinem unius ulnæ, & capere poterat dimidium sextarium vini. Nec ab omni homine poterat levari à terra commodè. Nullus me in hoc scripto arguat obsecro falsitatis. Nam Ecclesia ipsa & sedes ab omnibus Regibus & Imperatoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus & Liberis, & omni populo venerabilis habebatur, propter Pontificum sanctitatem, Cleri devotionem, Civium pietatem, qui tamen in rigorem pessimum, & superbiam modò & duriciam sunt conversi. O Moguntia felix, tot bonis inclyta, si tu mutares gentem rationis ac honoris egentem!

Igitur quum, sicut jam supra dictum est, sic Pontifices se haberent, & Clericalis disciplina optimè servaretur, ita ut plebs Clero, Clerus Prælati, obedientiam & reverentiam exhiberent, invicem honorantes, invicem diligentes, præsidente tunc quodam Henrico Archiepiscopo, viro utique pacifico & benigno, ac multis virtutibus do-

B

tato;

Disciplin  
facit in  
manu  
Henricus  
Archiepi  
Henricus  
Ecclesia  
Mogunt  
ina apud  
omnes ven  
nerabilis  
habita:  
hinc tanta  
illius opes.

Henricus  
Archiepiscopus  
Mogunt.

Diabolus  
paci*s* ini-  
micus.

Henricus  
Archiepi-  
scopus ac-  
cusatur a-  
pud Pa-  
pam tan-  
quam in-  
utilis.

Arnoldus  
præposi-  
tus S. Pe-  
tri & Ca-  
merarius  
Mog. ab  
Henrico  
Archiepi-  
scopo Ro-  
mam mit-  
titur.

\* non fuit  
Præposi-  
tus majo-  
ris Eccle-  
siae.

Arnoldus  
ambiens  
Mogunt.  
Pontifica-  
tum, Car-  
dinalespe-  
cuniã cor-  
rumpit.

tato: Diabolus, qui hoc ferre non va-  
lebat, ipsi venerabili viro, quia veritatis  
ac pacis amator erat, lites & incom-  
moda excitavit. Nam quia semper ei e-  
rat cordi, ut Clerus honore debito gau-  
deret, populus justitiã regeretur, terra  
pace publicã exultaret; Ecce accusa-  
tur apud Papam, quòd somnolentus &  
inutilis haberetur. Quod vir venera-  
bilis ut cognovit, solennes nuncios pro  
sua excusatione ad Summum Pontifi-  
cem decrevit protinus destinare. Mi-  
sit ergo omnium suorum secretissi-  
mum cognitorem quendam, Arnol-  
dum clericum, quem ipse Archiepisco-  
pus ad Præposituram \* majorem pro-  
moverat jam recenter, tanquam cum  
qui non posset esse immemor beneficii  
tam noviter consecuti, & propterea ei-  
dem jam Præposituram S. Petri etiam  
contulerat; insuper & Camerarium  
constituit Civitatis Moguntinensis.  
Erat autem idem Arnoldus miri inge-  
nii & facundiæ, atque congestor pec-  
cuniæ infinitæ.

Is itaque veniens ad Curiam Ro-  
manam

manam , Pontificatumque ambiens  
 Maguntinensem, primùm sibi Cardina-  
 les pecuniâ favorabiles acquisivit; de-  
 inde duos specialiter pecuniâ corrup-  
 pens, qualiter de sua propria promotio-  
 ne ageret, & postmodum consumma-  
 ret, cum illis familiariter pertractabat.  
 Tandem ab illis instructus, & de se cer-  
 tificatus, cœpit in suum Dominum ac-  
 cusationis jacula dirigere, quem vene-  
 rat excusare. Breviter tantùm in sua  
 processit audacia, & effecit, ut duos  
 legatos destinari peteret hujus reicog-  
 nitores & iudices; obtinuitque eosdem  
 duos, quos corruerat. Tandem tractu  
 temporis inulta intervenerunt facta,  
 quæ \* sicut scribentibus esset onero-  
 sum, ita legentibus tædiosum.

Arnoldus  
 Henricum  
 Archiep.  
 quem ex-  
 cusare de-  
 bebat, ac-  
 cusat.

\* scilicet  
 omnia e-  
 narrare.  
 Henricus  
 Archiep.  
 Worma-  
 tiam cita-  
 tur.

Veniunt ergo legati WORMATIAM;  
 Henricus Episcopus citatus compa-  
 ret, nihil prætere poterat pro se,  
 quod admittere vellent iudices sive le-  
 gati suprædicti. Præsidentes autem ju-  
 dicio, in loco qui Neuhufen vocatur,  
 Henricum laudabilem virum ab Epi-  
 scopatu amoveant Maguntinensi, Ar-

Ab Epi-  
 scopatu  
 deponitur  
 1153.  
 Arnoldus  
 ei substi-  
 tuitur.

noldum substituunt; dicebatur autem quod Fridericus Imperator huic negotio assensum præbuerit, sed occultum.

Venerabilis vir Henricus tam manifestâ perversitate turbatus, ipsos perversos alloquitur in hunc modum; Si ad Sedem Apostolicam appellarem contra vestrum iniquum processum, Papa forsitan ipse nihil amplius attentaret, & nihil mihi accresceret, nisi labor corporis, amissio rerum, & afflictio spiritus, & evisceratio mentis & evacuatio gratiæ. Appello ergo ad Dominum **JESUM CHRISTUM**, tanquam judicem justissimum; Vos cito ad ejus tribunal, ibi \* mihi coram summo iudice me responsurum exhibeo; Non enim justè, nec secundum **DEUM**, sed mercede corrupti, sicut placuit, iudicastis. At illi; **Quum** tu præcesseris, nos sequemur. Hæc autem ridentes & deridentes dixerunt. Acta sunt hæc anno gratiæ **M. C. LIII.** Dominus Henricus abiit ad quoddam Claustrum Cisterciensis ordinis, non monachus effectus

Appellatio Henrici Archiepiscopi.

\* vobis.

Henricus Archiepiscopus depositus, ad monasterium se recipit.



fectus, sed in consueto habitu vitam  
ducens.

Arnoldus non moram faciens, quum  
fuiſſet, ut moris eſt, ab Imperatore Re-  
galibus inueſtitus, Maguntiam venit,  
ibique ſolenniter eſt ſuſceptus. Poſt  
annum ſerè dimidium venerabilis  
Henricus præſul deſunctus, DEO, ad  
quem appellauerat, totum proceſſum  
lachrymabiliter aſſignauit.

Arnoldus autem primordia ſui con-  
ſecrans Præſulatus, purpuram opti-  
mam de Almaria tollens, ſibi fecit ve-  
ſtes, tunicam, ſorcotium & mantellum,  
ut in Imperatoris curia glorioſior ap-  
pareret. Sed omnipotens DEUS non  
diu ſuſtinuit illud nefas. Orta eſt enim  
diſſenſio valdè gravis inter ipſos ciues  
Maguntinenſes. Nam una pars dole-  
bat vehementer, venerabilem virum  
Dòminum Henricum ab Episcopatu  
amotum; alia gloriabatur & ſuperbie-  
bat Arnoldum ſubſtitutum. Erat enim  
oriundus de ipſa parte ciuitatis quæ Se-  
lehofen nominatur. Tam gravis autem

Diſſentio  
inter ci-  
ues Mo-  
guntin,

creſcebat de die in diem invidia inter cives , ut tribus diebus in ſeptimana congregarentur , & per plateas cum gladiis & ſuſtibus, ac contis, cuſpitibus & lanceis invicem ſe maſtarent, caderentque hinc & hinc, tanquam oves occiſionis. Nec ſe Arnoldus interponere curavit pro pace & concordia reformanda ; ſed ſuos fautores potius contra partem adverſam animavit. Propter quod accidit ut pars illa de Selehofen , quam fovebat & animabat Arnoldus , majus Monafterium occuparet, illoque pro caſtro uteretur contra adverſarios.

Invicem  
ſe occi-  
dunt.

Arnoldus  
uni parti  
civium  
aſſiſtit.  
Major Ec-  
cleſia Ma-  
guntina fit  
caſtrum.

Cleri nul-  
lus habe-  
tur reſpe-  
ctus.

Durabat hæc diſſenſio dies multos , & Clerus graviter oppreſſus, contemptus habebatur ; quia jam copia majoris Eccleſiæ eis concedebatur ad divinum officium exequendum , non niſi pro illorum libitu laicorum, qui illud temerè occupaverant ; & jam quidem multi venerabilem Henricum conqueruntur mortis debitum exſolviſſe.

Rem refero , fratres , omnibus il-  
lius

lius seculi notissimam. Mors venerabilis Henrici multis innotuit; pervenit etiam ad aures illorum Cardinalium, qui ab Episcopatu eum amoventes se promiserant sequuturos, & iudentes ad alterutrum, dixerunt; Ecce præcessit, suo tempore nos sequemur. Et ecce transit tempus breve, & ambo uno die moriuntur. Nam unus sedens in sede naturæ, ut purgaret ventrem, omnia intestina sua in cloacam eiecit, & animam miserabiliter exhalavit: alius manuum suarum digitos articulatim abmordens, & de ore expuens, deformatis manibus, quasi seipsum devorans expiravit. O Deus ultionum, Domine Deus ultionum, hoc est, justum exercens iudicium, & in his omnibus non est a versus furor ejus, sed adhuc manus extensa. Audita sunt hæc in terra nostra, & famâ celebri divulgata, nec à quoquam aliud dicebatur, quàm: *Benedictus Dominus, qui venerabilis Henrici justè injuriam vindicavit.* Sic isti dies suos clausurunt.

Ultio divina in morte duorum Cardinalium, 20. qui Henricum injustè de Episcopatu depossuerant, manifestè apparet.

Crescebat autem in malum vehemen-

in hunc odium & pugna civium præ-  
 dictorum. Jam conducuntur de foris  
 auxiliares milites ab utraque parte,  
 pervenitur jam ad majores. Nam qui-  
 dam Comites promissionibus attracti,  
 huic prælio se immiscuerunt. Tracta-  
 tur ab utraque parte de sumptibus ac-  
 quirendis: & pars quam fovebat Ar-  
 noldus, festinatum consilium invenerunt,  
 & ut mutuo acciperent de Eccle-  
 siæ ornatu, secretum habuere tracta-  
 tum. Jam integritas ipsius ornatus in  
 parte est non modicè vulnerata. O  
 Cardinales carpinales, pacem de terra  
 accepistis, & ut homines se invicem in-  
 terficiant, vos fecistis! Quodcumque  
 mali provenit, quæcumque fuerint ho-  
 micidia perpetrata, vestra est in causa  
 perversitas, vestra est iniquitas opera-  
 ta, ut veniat super vos omnis sanguis,  
 qui effusus est, & deinceps effunderur.  
 Ecce in omni terra non est, qui huic  
 malo velit occurrere ad sedandum, sed  
 crescit & intumescit mare istud plenum  
 frementium bestiarum, ventis afflanti-  
 bus utique ex inferno.

Arnoldus  
 Archie.

Jam se immiscet Arnoldus, qui cum  
 esset

Cardina-  
 les tumul-  
 tus civium  
 Mogunti-  
 norum  
 causa.

esset Archiepiscopus loci, fautores plurimos acquisivit in propriæ civitatis interitum & jacturam, nolens parcere, ut quidam ei imponebant, nec sexui, nec ætati; propter quod consilium pars adversa, ut in mortem sui Domini arderentur, iniit.

piscopus  
interitum  
civitatis  
Mogunti-  
nz pro-  
mover.

Longo ergo & secretissimo habito tractatu, in proposito scelere se invicem adhortantes, se roborant & conjurant, tacent & abscondunt quidquid pro sua malitiæ perpetrandum.

Fastioso-  
rum con-  
spiratio  
contra  
Arnol-  
dum Ar-  
chiep.

Sed nihil opertum quod non reveletur. Per plures enim admonitus Arnoldus est præmonitus, ut se cautius observaret: Qui fertur suis monitoribus respondisse; Canes Moguntinenses mordere non norunt, nec aliquid valent, quàm latratibus deterere; à corde carentibus timeantur.

Arnoldus  
despicit  
monitio-  
nes alio-  
rum.

Erat quidam Abbas in Claustro Eberbach, ordinis Cisterciensis, qui ipsam Arnoldum pro suis excessibus sæpè literis arguit, & imminencia pericu-

Arguitur  
propter  
excessus  
ab Abba-  
te Eber-  
bachensi.

S. Hilde-  
gardis fa-  
tidica ipsi  
imminens  
periculum  
prædicat.

la intimavit. Erat quædam Sancta vir-  
go nomine Hildegardis, quæ per spiri-  
tum vidit ipsum Arnoldum citius mo-  
riturum; scripsisse quoque dicitur ei in  
hæc verba: *Pater prospice tibi, canibus  
enim sunt funes abstracti, qui insequun-  
tur te.* Non autem acquievit monitis  
aliquorum.

Monaste-  
rium S.  
Jacobi  
Mogunt.

Cives Mo-  
guntini  
ad arma  
conveni-  
unt,

Accidit, ut in vigilia Joannis Bapti-  
stæ, post prandium, de quodam oppi-  
do Bingen, civitati Maguntinensi ap-  
propinquaret, ac se in clauistro mona-  
chorum juxta muros civitatis, ad S. Ja-  
cobum, in monte specioso, (sic enim  
dicitur) se locaret; Et ecce Magunti-  
nenses usque in crastinum sese armant,  
& constituunt, ut cum in ipso die Joan-  
nis audita fuerit campana, quilibet sit  
paratus; & factum est ita. Venit dies,  
& maturius solito prandent omnes,  
pulsatur campana, & à maximo usque  
ad minimum univèrsa Civitas congrega-  
tur. Præsul Arnoldus se jam dede-  
rat quieti, & audito campanæ sonitu,  
ultra quàm credi possit, vehementer  
expavit, & timor irruit super eum, a-  
mis-

missoque rationis gubernaculo, quid Arnoldus  
 posset facere ignorabat. Obstruxit au- Archiep.  
 tem repagulum, & lapidibus & lignis in mona-  
 quibus poterat, januas omnes mona- sterio S.  
 sterii memorati. Turba autem turba Jacobi se  
 ra ex aduerso omnes portas & fene- defendere  
 stras, vel quoscunque alios exitus ob- conatur.  
 servabat, ne evaderet quem querebant. Cives mo-  
 Jam ignem ad officinas admovebant; nasterium  
 vix & cum multa difficultate mona- occupans  
 chi recessum obtinuerunt; & dum ac incen-  
 monasterium fumo plenum, flam- dunt.  
 misque per circuitum premeretur. Arnoldus  
 ipse Præful turrim monasterii ascen- misericor-  
 dens, misericordiam deprecatur, & si diam ci-  
 quem offendisset verbo vel facto, satis- vium fru-  
 facturum, se suppliciter pollicetur. Sed stra im-  
 turba, viso Pontifice, clamare cœpit plorat.  
 furiosè, nec poterant supplicantis ver-  
 ba præ tumultu turbatæ turbæ intelli-  
 gi vel audiri; sed admoto igne ad tur-  
 rim in qua stabat, ipsum de turri de-  
 scendere compellebant; flamma jam  
 monasterio dominatur.

Videns ergo monachos obtentâ se- Sub ha-  
 curitate abscedere, tentat si tortè & ipse bitu mo-  
 cum

nachi ef-  
fugere  
tentat.

Arnoldus  
Archiep.  
miserabi-  
liter ma-  
statur.  
1160.  
\* cum

Arnoldus  
occisus à  
plebe ve-  
stibus ac  
annulis  
spoliatur.

Camb. ac  
lupis de-  
vorandus.

cum eis, & inter eos possit evadere. Assumpto itaque habitu monastico occultari tentat, ut & ignem qui invaluerat, & gladium evaderet, quem timebat. Apertis Ecclesie valuis, cum monachis ferè abscefferat; sed à quodam est cognitus & detentus infelix. Quidam primò gladium vibrans, collo Episcopi immerisit: Alter in fronte \* ejus percutiens mucrone ab aure usque ad aurem superiorem partem capitis ad inferius divisit. Sicque actum est, ut alii contis, alii fustibus, alii gladiis, alii lapidibus mactantes, solo tenus præciperent. Jacentem sic, & vulneribus & sanguine deformatum, vulgus nequam & perversum vestibus spoliatum, quidam annulos de digitis abstulerunt. Reliquiæ quædam, quas collo pendentes solitus erat ferre, ab aliis sunt ablatæ. Hæc autem circa horam nonam parum ante vespertas sunt peracta, nec poterant Clerici ab ipsis malefactoribus aliquatenus obtinere, ut saltem occisus in loco traderetur debito sepultura. Sic ergo jacebat in campo super fossam civitatis, ubi canum & luporum transi-



transitus habebatur, desiderantes e-  
 um, & ab hujusmodi bestiis devorari.  
 Tribus diebus sic nudus toto corpore  
 manens, veniunt aliquæ maledictæ fæ-  
 minæ, cascorum & ovorum atque ole-  
 rum venditricæ, mercatricæ, meretri-  
 ces, faxisque dentes Pontificis contu-  
 derunt: aliæ verò stipites ardentes &  
 titiones fumantes ejus gutteri infixè-  
 runt, adjicientes linguis & labiis male-  
 dicta. Post diem tertium Canonici S.  
 Mariæ ad gradus, jam incognoscibilem  
 & fatentem, furtim sublatum, dese-  
 runt in ipsam Ecclesiam, lachrymosis  
 suspiriis sepeliendo.

triduo in-  
 humatus  
 relinqui-  
 tur.

à mulier-  
 culis in-  
 humani-  
 ter tracta-  
 tur.

A Cano-  
 nicis B.  
 Mariæ ad  
 gradus  
 sublatum  
 sepelitur.

O furiam Moguntinam, ô maledicta  
 gens, dura corde, gens immitis, gens in-  
 tractabilis, gens indomabilis, gens ini-  
 qua, invisa cælo & terræ; impia in De-  
 um, seditiosa invicem, temeraria in  
 sancta pace: quam nemo neminem ho-  
 norantem honoret, nemo neminem a-  
 mantem amet. Væ tibi infelix Ma-  
 guntia, quæ proprium patrem mactas,  
 ut te in superbiam ponas, & parias  
 geni-

Acclama-  
 tio de fa-  
 cinoris in-  
 dignitate.

genimina viperarum. Acta sunt hæc  
M.C.LX.

O Cardinales hujus rei vos estis  
initium. Venite ergo, venite hau-  
rite nunc, & ferte architriclino ve-  
stro diabolo, eique offerre cum ea,  
quam deglutistis pecunia etiam vos-  
metipsos.

Rudol-  
phus Dux  
Zeringen-  
sis à civi-  
bus Ar-  
noldo oc-  
cifo suc-  
cessor da-  
tur.

Perpetrato hoc scelere, aliud sibi  
curare satagunt, nullam Clericis, quo-  
rum intererat eligendi potestas, licen-  
tiam concedentes; Assumptoque quo-  
dam Rudolpho, cognomine Clobel-  
lauch, fratre Friderici Ducis Zærin-  
giæ, in sedem collocant, adhuc occisi  
Præsulis sanguine fumigantem. Hoc  
autem factum est, ut possent ultionem  
Imperatoriam, quam meruerant, evi-  
tare. Erat enim idem Rudolphus vir  
potens, amicus ipsius Imperatoris, con-  
sanguineus, propinquus. Hic pro in-  
vestitura Regalium, & consecratione  
sua, ac pallio acquirendo, quod est  
Pontificalis honoris insigne, consul-  
tans ac pertractans, quando sumptus  
non

non habentur in promptu, unde possent res hujusmodi acquiri, quibus in honore suo acquisitis dignitas obtineri, & obtenta valeret conservari, ei ad nutriendum ignem sumptuosæ ambitionis, quasi lignorum struem, secretiores consilarii consilia subministrant.

Thesaurus Ecclesiæ nimius & inutilis perhibetur; Quid enim grues argentæ ad fumigandum altare? Possent & Ecclesia tota thurificari thuribus cupreis abundanter. Item ad quid calices aurei & gemmati tantæ quantitatis, ut in eis non valeant divina mysteria celebrari; Hæc & similia consilia placuerunt; quæ eò poterant facilius & citius adimpleri, quò percusso pastore, grex dispersus jam ambierat vagabundus.

Tractatur de thesauro Ecclesiæ Moguntinæ dissipando

Rudolphus ergo jam dictus Episcopus nominatur, disponensque itineri suo, brachium ab illa magna cruce, de qua supra mentionem fecimus, quæ BENNA vocabatur, ad usus necessarios amputavit fideliter promittens, se reparaturum brachium æqualis ponderis &

Rudolphus brachium de cruce illa aurea Benna dicta pro pallio Romam mittit.

valo-

valoris, si peracto negotio prosperum iter ei faceret Deus. Proficiscitur versus Romam; sed prævaluerat fama ad curiam, quæ facta fuerant manifestans; & Papa tactus dolore cordis intrinsecus de morte crudelissima Archiepiscopi, & de infamia intrusionis Rudolphi per manum laicam, & eorum maxime qui crimen homicidii perpetrarunt, ipsam intrusionem, intrudentes eum intruso excommunicationis anathemate condemnavit. Rudolphus *Clobelauch* ad curiam non pervenit, inque via diem clausit extremum, procul dubio ejus crucifixi occisus brachio, cujus ipse brachium amputarat.

Rudolphus à Pontifice repudietur cum suis donis & excommunicatur.

Thesauri Ecclesiastici dissipatio.

De thesauro hoc sciatur, quod qui olim affluxit, nunc velocius avolavit. Magna ejus pars Imperatori creditur affluxisse, pars ab aliis ablata, Judæis pignore obligata, pars furtim subtracta; dispersi sunt lapides Sanctuarii, non quidem in capita platearum, sed in bursas furantium.

Quæ vindicta sequuta sit mortem  
Domi-

Domini Arnoldi, hic credimus non ta- Pena in  
 cendum. Ab Imperatore proscripti per- Mogun-  
 petuò exilio sunt damnati, hi scilicet, tinus per-  
 qui manu nefandâ ipsum facinus per- duelles,  
 petrarunt; ipsa civitas omnibus juri- propter  
 bus & libertatibus ac privilegiis perpe- occisionē  
 ruò est privata. Murus & fossarum, & Arnoldi  
 aliæ turrium munitiones sententialiter Archiepi-  
 condemnata, & destructa funditùs & scopi.  
 everfa; ita ut civitas ipsa deinceps lu- Civitas  
 pis & canibus, furibus & latronibus Mogunti-  
 pateat pervia, nec unquam reedifi- tina in pa-  
 candi habeat facultatem: insuper rum re-  
 & plebs ipsa perpetuâ infamiâ subja- digitur.  
 ceat, totius deinceps exors gratiæ &  
 honoris. Destructæ etiam sunt mu- Munitio-  
 nitiones ipsius Ecclesiæ in diversis nes Eccle-  
 locis, & Ecclesia multipliciter af- sia hinc  
 flicta. inde de-  
structa.

Successit post hoc Dominus Con-  
 radus, Imperatoris consanguineus, de  
 Bavaria oriundus: Sed suscitavit dia- Conradus  
 bolus inter Imperatorem & Archiepi- Palatinus  
 scopum immortales inimicitas, quia de Witel-  
 erat adhuc misera Ecclesia Magunti- spach sic  
 nensis amplius castiganda. Causam Archiep.  
 hujus discordiæ longum esset enarra- Mogunt  
1160.

re, ideo prætermitto, nam & præsen-  
 tem materiam non contingit. Domi-  
 nus itaque Conradus Imperatoris non  
 habens gratiam, exul & profugus fu-  
 git, Romam venit, ibique Imperatori  
 quicquid mali poterat, fabricavit. Papa  
 pro quadam causa Imperatorem ex-  
 communicavit, ortumque est grave  
 schisma inter Ecclesiam seu Clerum, &  
 Imperium. In his omnibus Dominus  
 Conradus fuit Imperatori adversarius  
 capitalis: Sic ergo iterum Ecclesia Ma-  
 guntinensis patris spiritualis est solatio  
 destituta. Non erat qui Clericos in i-  
 psa diœcesi ordinaret, chrisma conse-  
 craret, pœnitentes admitteret, Moni-  
 ales velaret, Capellas & Ecclesias con-  
 secraret. Hæc omnia mala ob venera-  
 bilis Hentici ab Episcopatu amotio-  
 nem, cujus supra memoriam fecimus,  
 pullulârunt. O misera Ecclesia Magun-  
 tinensis quid pateris? O lugubre &  
 amarum poculum, quod tibi ira Dei  
 miscuit ad potandam!

Videns Dominus Fridericus Im-  
 perator durum sibi fore, & contra Pa-  
 pam

Ab Impe-  
 ratore  
 Friderico  
 à sede pel-  
 litur.

Imperator  
 à Papa ex-  
 commu-  
 nicatus.

Moguntia  
 iterum  
 pastore  
 orbata.

pam, & Archiepiscopum certamen ge-  
 nere, Domino Conrado adversarium  
 suscitavit. Instituit ergo Dominum  
 Christianum, suæ quidem curiæ Can-  
 cellarium loco Domini Conradi Ba-  
 vary, virum, utique miræ prudentiæ, in  
 rebus ambignis & arduis, subtilissimi  
 consilii & velocissimi inventorem; E-  
 rat etiam vir miræ patientiæ in adver-  
 sis; nullâ in prosperis superbiâ extolle-  
 batur; vultus benignitate omnibus  
 graciosus, & aliis honestis moribus ad-  
 ornatus. Hunc ergo quia tam Ecclesia-  
 sticarum, quàm secularium persona-  
 rum favorem cognovit habere, consti-  
 tuit Episcopum Maguntinensem. Du-  
 ravit hoc schisma annis XVIII. Tan-  
 dem Dominus Christianus se interpo-  
 nens inter Papam & Imperatorem, am-  
 bos ad concordiam revocavit: Actum-  
 que est de Episcopatu Maguntinensi,  
 ut Dominus Christianus Archiepisco-  
 patum Maguntinensem obtineret pa-  
 cificè & quietè: & Dominus Conradus  
 Saltzburgensem Archiepiscopatum  
 accipiens gubernaret; erat enim in i-  
 psa Ecclesia à puero enutritus. Quie-

Christia-  
 nus fit  
 Archiep.  
 Mogunt.  
 1164. con-  
 tra Conr.

Conrad.  
 Archiep.  
 exul, fit  
 Archiep.  
 Saltzbur-  
 gensis.

verunt mala per tempus modicum, & Dominus Christianus obiit; obiit autem juxta Romam. Graviter ægrotanti vicinus erat Summus Pontifex, qui Episcopum ut proximaret, paternis literis hortabatur: Cumque Papa ad Archiepiscopum pervenisset, sed languor in tantum prævaluerat, ut Patri sancto assurgere non valeret: factâ ergo confessione summo Pontifici de manu ejus communicationem sanctam accepit, aliaque Ecclesiæ Sacramenta, & Dominus Papa factâ & dictâ indulgentiâ, in pace abiit, & Dominus Christianus DEO animam reddens, mortem obiit. Auditâ morte Domini Christiani, Imperator intimè doluit, & universa ejus curia, & omnes quotquot intellexerunt, gravibus suspiriis sunt turbati. Rursum etiam misera Ecclesia Maguntinensis plorans ploravit, quòd dolor ejus renovatus est.

Christi-  
nus Ar-  
chiep. mo-  
ritur.  
218b.

Post hæc Principes quidam Dominum Conradum Saltzburgersem Archiepiscopum, Imperatoris recuperatâ gratiâ reformant, ut ipse Imperator



tor eundem Archiepiscopum Conradum ad Maguntinensem Ecclesiam redire postulare, quod ipse Dominus Conradus maximo desiderio affectabat. Suscipitur ergo Dominus Conradus in Ecclesia Maguntinensi, tanquam fuisset Angelus Dei. In continenti autem postea gravem ponebat exactionem in Clerum, & mirati sunt universi, & omnes qui audiebant dicebant: Qualis est hic qui tributarium facit clerum? Sed convaluit hæc pressura, & ex in hoc suis deinceps successoribus relinquebat.

Conradus  
Archiep.  
exul Mo-  
guntianæ  
redis.

Modico tempore post Imperator Fridericus, dum transiturus esset rivulum parvulum, qui pedibus poterat transmeari, impetu aquæ quasi submersus est. Ipse dicebatur fuisse aliquantum gravis venerabili viro Domino Henrico Archiepiscopo, & ad ipsius depositionem occultè consilium ministrasse. Huic filius suus Henricus sextus successit, quievitque terra à præliis.

Fridericus  
Imp. moritur  
1190. cui filius  
Henricus  
succedit.

Jam sperabat Ecclesia Magunti-

nensis post tot calamitates, miserias, pressuras, jacturas, ærumnas, fletus & vulnera in statum surgere potiolem, & pastoris proprii protectione & præsentia consolari. Sed adhuc divina hoc ultio non admisit; nam ignis egressus de foro fœni, quem veniens ventus ab oriente detulit super templum, combustaque Ecclesia & libri multi & boni, privilegia quoque multa & valdè utilia sunt consumpta, etiam pars ornatus magna partim ignibus devorata, partim per asportationem subtracta.

Conflagratio  
gratio  
majoris  
Ecclesiæ  
Mogunt.  
Ecclesiæ  
ornatus  
partim igne, partim furto  
dperdita,

Conradus  
Archiepif.  
novam  
Ecclesiæ  
fabricam  
incipit.

Venerabilis autem Pontifex, Dominus Conradus novam monasterii fabricam inchoavit, sed non consummavit. In his omnibus nec Clerus à suis se lasciviis temperavit, nec laici à sua malitia respirarunt.

Post paucos annos ventus veniens ab Occidente, pinnaculum templi dejecit. Erat autem ligneum, & super ciborium antiquum collocatum. Cum tanto autem impetu in ipsam structuram ventus irruit occidens, ut quasdam

dam trabes in Rhenum mitteret, quasdam ultra Rhenum ad miliare, juxta villam Hocheim, in aëre deportaret. Certissimum à multis famabatur, quòd non ventus, sed diabolus hoc fecisset; erant enim trabes quercinæ & abiegnae, quantitatis illius quæ in torcularibus solent esse. Ego memor sum istud ultimum accidisse. In omnibus his non est aversa ira Domini, sed adhuc manus ejus extenta.

Prodigiosus turbe.

Nota ætatem Authoris hujus Chro-nici.

Post hæc iter cœpit idem Archiepiscopus transfretare, & de manibus Sarracenorum eripere terram sanctam, atque restituere cultui Christiano: se ipsum & alios multos cruce signavit, mare transivit, ferè tribus annis militans Domino in partibus transmarinis: circa finem anni tertii Henricus moritur Imperator; heu! heu! væ terræ! de partibus Hierosolymitanis redit Archiepiscopus, terram reperit desolatam incendiis & rapinis. Nulquam enim ubi rex non est gubernator vel potens, non potest à populo pax haberi. Desideratur ab omnibus Con-

Archiepiscopus Conradus cum aliis Principibus cruce signatus contra Sarracenos proficiscitur, 1196.

Henricus Imp. moritur. 1198.

Mogunti-  
nensis di-  
rio miserè  
desolata.

Conradus  
Archiep.  
moritur.  
1200.

Ludovi-  
cus C. Pa-  
latin, Rhe-  
ni thesau-  
rum Eccle-  
siae Mo-  
gunt, au-  
fert.

Ultione  
divinâ in-  
terit.

radi Archiepiscopi adventus, & ecce venit desideratus, & terram invenit præliis & incendiis conturbatam, studebatque omni desiderio pacem terris, & quietem provinciæ reformare; & hoc fecisset, si mortis debitum non solvisset. Gravi enim ægritudine fatigatus, & cum de die in diem se convalescere speraret, subito & insperata morte præventus DEO spiritum reddidit, M. CC.

Auditâ morte Archiepiscopi, Dux Bavarix filius fratris ejus, omnem thesaurum & ornatum, quem in casulis, & infulis, & cappis habuit copiosum, & Ecclesiæ donare disposuerat Maguntinensi abstulit violenter; quod tamen DEUS non reliquit inultum. Nam & ipse Dux post multum temporis interfectus, turpiter interiit; neque corpori Christi participans, neque regno, ut existimatur. Equidem justè satis superque satis, ut qui beatum Martinum debito sibi decore spoliaverat & ornatu, ipse quoque cœlesti ornatu & gloria privaretur. O altitudo & profunditas judiciorum justii judicis Dei,

Dei, terribilis in consiliis super omnes filios hominum.

Imperator obierat, & surgunt duo Reges pro Imperio litigantes; non est qui à malis imminentibus se abscondat. Maguntinensis Archiepiscopus non est, & duo pro eo, quis eorum fiat major, decertant. Ex utraque parte amici & fautores promissionibus & muneribus acquiruntur. Et turpe est dicere, ipsi Clerici electores simoniz vitio maculantur, & multiplicantur mala super terram, & scinditur Ecclesia Maguntinensium. Qui uni adherent, cum eo recedunt: alii remanent cum altero. Sufficere poterat ad desolationem terræ unum schisma; sed funes peccatorum dupliciter circumplexi, difficilius dissolvuntur.

Schisma in Imperio, & Ecclesia Moguntina.

Duo de Episcopatu Mogunt. contendunt.

*Pervertunt cuncta simul hæc duo schismata juncta*

*Regum, Pontificum, nec novit amicus amicum.*

Una pars quæ remanserat Canonico-

Excom-  
municatur  
pars una  
Canonico-  
rum  
Mog. cum  
suo Epi-  
scopo.

nicorum, cum suo electo excommu-  
nicatur. Sed ipsi hanc excommunica-  
tionem se simulantes ignorare, divina  
celebrare non omittunt. Duravit hæc  
contumacia annis VIII.

Philippus  
Rex Bam-  
bergæ oc-  
ciditur.

Contigit post hæc ut Rex Philippus,  
qui fovebat hanc partem interdictam,  
occideretur in civitate Bambergensi, &  
hæc pars debilitata est, atque fautores  
alterius Episcopi, qui de civitate exi-  
erant, convaluere.

Otho Phi-  
lippo Regi  
succedit.

Anno Domini MCCVIII. Prin-  
cipis post mortem Philippi Regis in O-  
thonem conveniunt, qui fuerat adver-  
sarius Philippi pro Imperio, cuius parti  
etiam Papa favebat. Iste Otho ma-  
turavit ad Papam venire pro imperiali  
consecratione, solenniter proficiscitur,  
consecratur: post annum excommuni-  
catur; eique filius Henrici Impera-  
toris, Rex Siciliæ Fridericus, susci-  
tatur à Papa; redeunt mala, surgunt  
incendia, spolia reviviscunt. Fridericus  
venit de Apulia contra Othonem: post  
annos aliquot Otho moritur, Frideri-  
cus

Excom-  
munica-  
tur, eique  
Fridericus  
Siciliæ Rex  
subroga-  
tur. Refu-  
scitantur  
mala in  
terris.  
Otho Rex  
moritur.

cus

ous dispositis prout melius potuit re-  
 bus, Romam proficiscitur, in Impera-  
 torem consecratur, Anno Domini Fridericus  
 in Regem  
 consecra-  
 tur. 1220. ab Honorio Papa: quo mortuo  
 Gregorius Papa succedit. Hic etiam  
 Fridericum excommunicavit. Latan-  
 tur prædones & exultant lictores captâ Honorio  
 Pap. mor-  
 tuo Gre-  
 gorius  
 succedit.  
 prædâ: convertuntur vomeres in gla-  
 dios, & falces in lanceas; non est qui  
 in latere non deferat chalybem & lapi-  
 dem in præparationem incendii, & in  
 exustionem. Omnia mala confluunt, Mogunti-  
 na Ecclesia  
 rursum  
 affligitur.  
 specialiter super Ecclesiam Magunti-  
 nensem, & maximè circa partes Rhe-  
 ni, de civitate Spirensi usque ad Colo-  
 niensem.

Post mortem Domini Sifridi Ar- Sifrido se-  
 niore Ar-  
 chiepisco-  
 po Mog.  
 defuncto  
 succedit  
 Sifridus  
 junior.  
 chiepiscopi Moguntinensis senioris,  
 succedit Dominus Sifridus, fratris ejus-  
 dem filius: hic duobus annis laudabi-  
 liter vixit; Sed quia elati cordis erat &  
 superbiæ magnæ nimis, se contra Fri-  
 dericum Imperatorem erexit: non qui-  
 dem ut divinam, sed Papalem gratiam  
 obtineret. Gravi etenim infamiâ non  
 solum apud Papam, sed apud omnes  
 homines laborabat. Hic ergo vultum &  
 ani-

Sifridus  
Archiep.  
malè regit  
Ecclesiam,

animum leonis induens, leo factus est, & cœpit orphanos & viduas facere, vil- las comburere, civitates destruere, ho- mines devorare, terram in desertum deducere, & Papæ mirificè complacere. Et quia jam inquisitionis literas contra Imperatorem dederat, ex iis factis fratrem venerabilem appellabat. Hic Sifridus Episcopus malum opus operatus est, qui per flammam ignis terram depauperavit, & thesauros Ecclesiæ ablatos, prædonibus disper-

Terram  
depaupe-  
rat.

Landgra-  
vius Thu-  
ringiæ in  
Regem  
promove-  
tur contra  
Frideri-  
cum.

fit, dedit raptoribus; justitia ejus non manet in seculum seculi. Is itaque Landgravium Thuringiæ in Regem eligi procuravit: Sed brevi vivens tempore, & regnum & animam relin- navit.

Gregorius  
Papa mo-  
ratur, cui  
Innocent.  
succedit.  
Mortuo  
Landgr.  
Thuring.  
Reg. Rom  
Wilhelm  
Holland.  
C. subro-

Interea Gregorius Papa moritur, sedes vacat annis duobus vel tribus; huic autem Papa succedit Innocentius quartus, qui in concilio Lugdunensi contra Fridericum Imperatorem depositionis sententiam promulgavit. Mortuo Landgravio Rege, Wilhelmus Comes Hollandiæ in Regem elligitur tantum ab Archiepisc-



piscopis, Maguntinensi & Coloniensi.

gatur contra Frid. depositū.

Post breve tempus Dominus Sifridus Archiepiscopus etiam rebus valedicit humanis, abiens in regionem longinquam, nec tamen ideo cessant mala.

Sifridus Junior Archiep. moritur, an. 1249.

Convenerunt ergo fratres Ecclesie Maguntinensis tractantes de patre futuro, persuasi qui posset ipsam tot & tam gravibus oppressam miseriis, & tanto tempore jam plorantem, paternis affectibus consolari: Et concorditer in venerabilem virum, Dominum Conradum Coloniensem Archiepiscopum vota sua transtulerunt; Postulantes à sede Apostolica, ipsum sibi præfici in Pastorem: Sed heu heu, hoc non poterat obtineri, non est hæc postulatio admissa, sed electio Capitulo restituta. Et ne Archiepiscopus Coloniensis ægrè ferræt, suum desiderium non completum, ipsi legationis dignitas est commissa.

Conrad. Archiep. Coloniens. frustra in Archiep. piscopat. Mog. postulatur.

Consedere rursus fratres Ecclesie Maguntinensis, eligunt suum Præpositum nomine Christianum, qui à cuna

Christia-  
nus II.  
Archiep.  
Mogunt.  
eligitur.  
° 1249.

cunabulis fuerat in ipsa Ecclesia enu-  
tritus. Eadem die est à legato, qui tunc  
erat præsens, confirmatus, & à re-  
ge regalibus investitus, die Petri &  
Pauli. Omnia hæc acciderunt \* uno  
anno, scilicet quòd Dominus Co-  
loniensis est postulatus: quòd factus  
est legatus; quòd Dominus Chri-  
stianus factus est Episcopus & con-  
secratus, quòd pallium est affecu-  
tus.

Omnes religiosi, & qui Deum præ-  
oculis habere credebantur, super hu-  
jus hominis promotione gaudebant,  
sperantes pacem rebus dari, maximè  
quia idem bellicis rebus non fuerat as-  
fectus; etiam qui negotio fuerant ini-  
mici, congratulantur ei. Sed non ste-  
tit diu in Episcopatu: accusatur enim  
apud Papam, quòd omnino inutilis es-  
set Ecclesiæ, & quòd evocatus ad ex-  
peditiones regis invitus veniret, hoc  
autem verum erat, eò quod fierent in-  
cendia, sectiones vinearum, devasta-  
tiones segetum. Dicebat etenim, ne-  
quaquam decere talia sacerdotem:  
Sed

Sed quicquid deberet per gladium spiritus, quod est Verbum Dei, omnimodè se promptum asserbat & voluntarium servitorem. Quumque ejus prædecessorum sequi vestigia moneretur, respondit: scriptum est, *Mitte gladium in vaginam.* Ob hoc in odium Regis & multorum incidit Laicorum, qui omnes eum accusantes, apud Papam obtinuerunt, eum ab Episcopatu omni submovendi. Cessit ergo anno Domini. M. CC. LI.

Christia-  
nus pacis  
amator  
bella ab-  
horret.

Dignavox  
Episcopo.

Christia-  
nus ab E-  
piscopatu  
deponitur  
1251.

Substitutus est autem ab eodem Legato adolescens subdiaconus, Gerhardus nomine filius comitis Conradi, qui dicebatur Sylvester comes. Hunc autem substituit Cardinalis presbyter & Legatus, inductus à quodam Henrico Archiepiscopo Herburgdunensi, qui socius erat ipsius Legati; nec tamen hoc ipse Henricus Archiepiscopus consuluit sine causa; acceperat enim occultè CC. marcas pecuniæ numeratæ à Gerardo, quem idem Archiepiscopus institui procuravit. Nihil opertum quod non reveletur.

Gerhardus  
C. Sylve-  
ster Ar-  
chiepisco-  
patum  
Mogunt.  
emittit

Propterea

48 Chron. Mog. vetus Conradi Episc.

Propter has autem CC. marcas factae  
& sunt destructiones multae  
Ecclesiae Maguntinensis.

*Hucusque Conradus Episcopus Chronicon hoc Moguntinense deduxit.*



*Ni 1897.*

*80*

ULB Halle

3

005 359 759



*Sb*

*Me*







CHRONICON  
VETUS RERUM  
MOGUNTIACARUM,

CONRADI INCERTÆ SEDIS  
EPISCOPI, AB ANNO SALUTIS  
M. C. XLII. USQUE AD ANNUM  
M. CC. LI. PERDUCTUM.


JAM OLIM QUIDEM BASILEÆ, DEINDE  
FRANGOFURTI CUM ALIIS OPERIBUS  
HISTORICIS IN LUCEM EDITUM.

POSTMODUM SEORSUM ANNO M. D. C.  
XXX. EXCUSUM, NOTISQUE ET AD-  
DITIONIBUS HISTORICIS VARIIS ILLU-  
STRATUM ET AUCTUM

A

GEORGIO HELWICH,  
MOGUNTINO METROPOLITANÆ  
ECCLESIE IBIDEM VICARIO.

Nunc vero denuò reeufum & ab interitu  
vindicaum.



MOGUNTIAE,

*Venalis extat apud*

JOHANNEM DODT,

*Bibliopeg.*

ANNO M. DCC. XVI.